Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26251
Copyright: Admont, Benediktinerstift

xpi aut fide que morte et resurrectione
firmata e per eius sanguinem quem in remissione fu-
sus e. peccatorum milia credentium a dominatu
diaboli liberat et xpi corpore copulant et
sub tanto capite eius uno spiritu fidelia membra eius
uegetant. Hoc uocabat iudicium. hanc discre-
tionem et a suis receptis diaboli expulsionem.
Deinq; adtende qd dicat. quasi quereremus qd
esset qd ait. Nunc iudicium est mundi secundum expo-
sunt. Ait enim. Nunc princeps mundi hui eiciet
foras. Audiamus quale dixerit est iudicium. Non ergo
illud qd in fine futurum est ubi uiui et mortui
iudicandi s. alius ad sinistram. alius ad dexteram
separatis. s; iudicium qd princeps hui mundi
eiciet foras. Quomodo ergo iam erat qui eum dixit eiciendum
foras. Nunc inquit princeps mundi eiciet fo-
ras. Hoc intelligendum est. qd nec sit. non qd tunc
p futurum est. in nouissimo die. Preuidebat ergo
dns qd sciebat p passionem et clarificationem
suam per uniuersum mundum multos ppos credi